¶ Tercio Excipiunt hītia i ante na que etiā ꝓducunt i vocalē vt farina culina Virgꝰ. Trāsfert inde manu fusas in cribra farinas ꝑter ea q̃ ponūt i tertu Adde Sophrosina Euphrosina patīa sasina statīa catīa asina ruspina gausapina sibina ⁊ fiscina. Sophrosina vel sophrosine filia fuit suptoris dionisij Tyrāni siculi Euphrosina vel ne vna fuit triū gratiārū Itē Patina genꝰ vasis Iuue. Debet magnus patine subitusq̃ pmetheus. Itē Sasina oppidū vmbre in italia Martꝰ. Nec tua bastanas sasina malit aqs. Itē Statina vel ne vel statine ap. insula est in littore cāpano. Statius. Aenaricq̃ lacus medicos statinasq̃ renatas. Itē Catina vrbs est sicilie Sylius Tū catine nimiū ardenti vicina Tiphoeo. Itē asina vel ne oppidū est in achaia Luca. Quas asine cautes ⁊ quas chios asperat vndas. Itē Ruspina vrbs est aphrice in sinu numidico. Sylius. Quecq̃ ꝓcul cernit nō equas ruspina fluctus. Itē Gausapina genus vestꝰ. Martꝰ. Hense vel augusto sumere gausapinas Itē Sibina genus est teli venabili sile Ennꝰ. Illūrici restāt siccis sibinisq̃ fodētes Colūella. ꝑssacq̃ flameola rūpak fiscina calta. Itē fuscina telū est retiarij Iuue. Vicit ⁊ hoc monstꝰ tumicati fuscina gracchi

culina coqua ⁊ Hinc culinarū vocabulū sortiendum

Ante p fit breuis i hinc antipos est tibi testis
Obstipum retrahas. ⁊ constipo sociabis
Q subeunte damus i longam. sicut iniquus
Cum filiquis reliquos. ⁊ compositiua notabis

¶ ante p corripitur vt antipos Tolle in tertu. Sed i ante q ꝓducitur vt iniquus deme filiquꝰ reliquꝰ qua ⁊ composita vt aliquid aliqua. similiter Seriphus insulam in mari egeo vnam ex cicladibus Iuuenalis. Contigit ⁊ tandem parua caruisse seripho. Ouidius. Tu tamen o parue rector polydecte seriphi. Sed seriphum vrbs est syphni pisule vnius ex Cicladibus. Item Sariphi montes sunt Margiane prouincie.

ante p

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Teste Ptolomeo
A super r breuis est. tamen excipis inde butirum
Sic delirus erit saphirum iunge papyro
Apellans lapidem. sed pro viro breuiabis

} ātte R

¶ Ante r corripit vt gadiris martiris/deme delirant/saphirus/papyrus/Epirus/magirus/collirium/cosira/camiros/capyrus/corcyra/cercyra/tenthyra. Hora. Quicquid delirant reges plectuntur achiui. Sz delirus mediam corripit Lucretius. Quod fecit hoc idē p delyrus esse videtur. Item de Sapphiro patuit. Sed epirus regio est in europa Lucanus Primus in epirū boreas agat. Item magirus grece ōr apud nos coquus. Inde archimag̃ principalis coquus Iuue. Fiterūt parit libras Archimagyrig: dey oüste koch.
rius archimagiri. Item Collyriū medicamentū oculoꝝ est. Horat. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus. Item Cosira est insula in mari siculo Qui. Fertilis est melite sterili vicina cosire. Item camiros vrbs est in rhodo. Cypirus arbor est que in italia ligustꝝ vocat. Etiam ōr herba cuius tamen Macer corripuit. vt cū trito validū cypiro si iūgis acetum. Et q̄ sit p̄ducta qr scribit apud grecos p̄ diphthongū que pōr in
mēdā
elongū verti/quare hec arbor a nōnullis ōr cyperus. Et p̄ducit hec arbor fructū semen q̄si coriandri candidū z odoratū teste Plino istar vue vel racemi. Ideo dixit Ybero. in cāticis cā. i. Botrus cypiri dilcūs meus mihi in vineis enchadi vbi indocti legūt Botrus cypri. Item corcyra insula est Dalmatie adiacēs in mari ionio. Luca. In portus Corcyra tuos seu leua parat. Item Cercyra fuit olim corinthi nomen alias epyre cognoiata. Tenthira pīs nūeri tm̄ thy sillabā cōcm hz. Qui. Tenthyra petēti. Iuue. Qui vicina colūt vmbrose Tenthyra palme Et ēvrbs in egipto. Item Butyrum apud grecos ty p̄ducit Sed Macer ty sylabam corripit. Ut cum butyro modico oleo decocta tumorem Item Vergilius
Hos nos seq̄ lectū est
(Lac mixtū butyro
Bnomī cū melle q̄
dr.)

Est super s breuis i. paradisum non breuiabis
Anchises iunge. gauisus eis superadde
Precedente para breuiatur lesia longa

} ātte S

¶ Ante s corripit vt elisiū Tolle Anchises/paradisus/larisa/amethisus/cephisus. Aruisiū/donysa/amphisa/amphysos/cābises/elisa/paralisis/q̄ oia vnico s scribunt. Item Larisa cītas acolie teste lactātio grammatico Statius. Post habita est larisa iugis. Item amethysus lapis est contra ebrietatē valēs. Cephisus fluuius est boetie Lucan. Boeti coercere duces quos impiger ambit fatidica cephisus aq̄. Item Aruisiū pmontoriū est i sule chij a quo fit aruisius a um. vt aruisia vina. Virgilius. Vlma nouum fundam calathis aruisia nectar. Item dyonisa est insula in mari egeo Virg. Bacchatamq̄ iugis naxon viridemq̄ donysam. Item amphisa vrbs a phocidos. Lucanus. Phocaias amphisa manus. Sed amphrisos fluuius est thessalie Lucanus. Et flumine puro irrigat amphrisos famulantis pascua phebi. Item Cambises p̄rium fuit nomen regis qui alio nomine Nabuchodonosor dictus est. Lucanus. Cambi

ses longi populos pūenit ad eui. Item Elisa didonis cognomen. Ouidius. Nec consumpta rogis inscribar elisa sichei

Ante T

Est i super t breuis. leuitas erit hinc tibi testis
Que fiunt in ta proprie nomine sumpta
Siue loci propriaq; simul heremita
Ut margarita leuita simul heremita
Ut placet est petuita petrus dicit ⁊ polymita
Que fiunt in tis aut in tes longa notabis

¶ Ante t corripit vt leuitas amita. Excipitur corytus idolothytus/valitudo. Virgilius. Corytiq; leues humeris ⁊ letifer arcus. Item Idolothitus dicitur immolatus idolo. De quo legitur in Apocalipsi capitulo secundo. Fornicari ⁊ manducare de idolothitis Horatius. Dura valitudo inciderit seu tarda senectus. Aliqui tamen cū e valetudo scribunt. Secundo excipiuntur a regula ꝓpria virorꝫ ⁊ locorꝫ in ita vel a ꝓprijs sumpta vt margarita heremita leuita israhelita ⁊c. Preter corythus oppidum herturie. Virgilius. Hinc illum corythi tyrrhena a sede ꝓfectum. Similiter excipitur berytus vbs syrie anthiochie. Priscian? Antiquāq; Tyron beryti ⁊ menia grate. Item Pituita nōnulli volunt primam ⁊ penultimā ꝛmunem. Persius. Somnia pituita qui purgatissima mittunt. Macer. Cum mulsa bibitum pituitē noxia soluit. Horatius. Lenta feret pituita rudes vt pallidus omnis. Alij dicunt q ꝓducit tm primam syllabam ⁊ penultimam corripit. Sed fm Nestorem prima communis penultima producta. Horatius. Lenta feret pituita vides ⁊ pallidus omnis. Item Polymita corripit i non producit teste Nestore in erroribus Petri rige

Manducare de ydolothytis sacerdotes gentilium nocte ꝓsuecerint. dicētes deos id facē.

Itus si detur a nomine longus habetur
Et sic ex censu censitus dicere debes
Seruus curtat itus. aduerbia sic breuiabis
Tercia preteriens in vi dat itum breuiando
Preteriens aliter itum producere debes
Curtat itum paris vel disco parcoq; posco
Que gio dat vel bo. que prima dat atq; secunda
Cūq; supina dabunt i longam t subeunte
Que formantur ab his ito longo reputabis
Agnitus esto breuis. societur cognitus illi
Itus producit quod deponens generauit
Sed tuor abbreuiat ea que de se tibi format
Et producuntur lechitus ⁊ hermophroditus
Si aconita locas cocytus ei societur
Nominis obliquos quod in is fiet dabo longos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Corripies alios. testes cum milite sospes
I super v longa. niniue tamen est breuianda

¶ Scdo excipit deriuatiua in itus que ꝓducunt vt maritus auritus p̄ter seruitus cēsitus. Itē Supina ꝑticipia ⁊ ꝟbalia a ꝟbis q̄rte ꝯiugat̄ vel tercie faciūt p̄terita in ui ⁊ supinū in itū ꝓductū vt auditū cupitum petitū p̄ter aditū nequitū de q̄bꝫ supra de regulis p̄me syllabe ibi. Oīa p̄terita. demit̄ vero ambitū. sed ambitus nomen corripit. Silr agnitum cognitū. Sed alia corripiūt itū vt paritū discitū. Excipit̄ ⁊ coitus aconitum hermophroditus. Et obliq̄ ntī in is ꝓducti hoc est hn̄tis crescentiam in gtō vt q̄ris q̄ritis. alia corripiūt vt militis. Itē in tus'a deponē talibꝫ cōibusue deducta ꝓducūt vt mētitus. p̄ter tuitus. Itē irritus hꝫ ri sillabā cōem a ratus vel ritus. vñ irritat euacuat. dum irritat ꝓuocat hostē. Itē lechitus chy sillabā Homer⁹ odisse octauo nō ꝓducit sꝫ corripit. Itē fortuitus tuita tuitū penul. cōem hꝫ. Statius. Eq̄ ⁊ fortuito ducte q̄ter agere pinne. Iuue. Nō q̄i fortuitus ne vētoꝝ rabie. Horati⁹. Nec fortuitū cernere cespitē vbi penul. ꝓducit̄ teste Seruio sup̄ sextum eneidos. vbi de hoc exēplo Horatij disserit. ¶ Item i ante v ꝓducitur vt saliuia. Bapt̄ Māt̄ labentēq̄ pluit ꝑ mētū barba saliua. deme niniue.

¶ De O

St orobus testis ꝙ o super b breuiabis
Demitur ambobus october siue duobus
Ante c fit breuis o. tamen obliqui retrahantur

¶ O añ b ⁊ c corripit̄ in medijs sillabis vt orobꝫ apoca. Tolle ambobꝫ duobꝫ october Iacobꝫ Claudian⁹. Ne laceres ꝟsus dux Iacobe meos. Tolle silr obliq̄s a ntīs natura ꝓduct̄. vt atrox atrōcis. p̄ter cappadox cappodocis p̄cox p̄cocis. Luca. Cappodocū mōtana cohors. Itē cappadoces mea signa timēt. Hora. Mācipijs locuples eget eris Cappadocum rex. ⁊ Cappadocia ꝑs est minoris armenie. Hinc cappadox ⁊ cappadocus a um. Columella. Cappadoce seruat cognoīa gētis. Mart̄. Nec de cappadocis equis catastis. Item precox est p̄coquus. Calphurnius Insita precocibꝫ surrepere persica prūnis

Ante d corripis o sicut exodus. hinc procul esto
Herodes ⁊ ei custodes sunt sociandi

¶ O ante d corripit̄. deme herodes. ⁊ obliquos hꝰ noīs custos custod̄. Adde erodibꝫ vel erodio opodos orodes. q̄ apud grecos ω omega scribuntur hoc est ꝓducto o. Virḡ. Iacet altus orodes ⁊ est ꝓprium nomē viri. Quare opodos male corripit̄ a Sulpitio

O super f breuis est. tibi fit apostropha testis
Est super g breuis o. velut egloga. sed remouebis
Que g vocali preiungunt vt synagoga
O super l breuis est. illud soboles tibi monstret
Excipias illud quod fertur pharmacopole

I añ V
O ante B C
O ante D
O ante F G L M

⊙ ate M

O super m breuis est. salomon sic esse probabit
Que seruant neutrum genus excipe sicut amonium
¶ O añ f g l m corripit sarcophogus egloga soboles salomon Baptist
Debilis hec hominū soboles tot milia ⁊. Tolle neutr in um vt aroma
aromatū. synagoga pedagog⁹ etholo⁹ idolū pactol⁹ cimol⁹ pharmaco
pola bibliopola geolophus. que oia scribunt p O omega. Quare pecca
unt Prudētius in psychomathia. Quosq viros nō ira fremens nō ido
la bella. Sil' Alexā. vt pus patuit. Sil' mō petrus riga sup libr nūe
rorum. In terrā scām deus ipat idola tolli. hinc idolatria q̄ ab indoctr
dr idolatria. Itē etholia vrbs est etholie in halladen regio ptigua acar
nanie phocidicq ⁊ locris a q̄ etholus a um. Oui. Nec tāti Calidō nec
tota etholia tāti. Vir nō erit auxilio nobis etol⁹ ⁊ arpi. Itē Pactol⁹ flu
uius est a Tinolo sicilie mōte oriēs. Prisc. Et tinoli colles fluuius qb
anser ⁊ erit pactolus. Virg. Exercētq viri pactoluscq irrigat auro.
Item Cinolus locus est a q̄ cimolia terra Ouid. Hinc humilē myco
non cretosacq rura cimoli Sz cymolis vrbs galatie. Cemolis insula ē
crete adiacēs teste ptolomeo. Item pharmacopola Horatius. Ambu
baiarum collegia pharmacopole. Martialis Non habeo sed habet bib
liopola Tryphon. ⁊ dicitur terre tumultus

⊙ ate N

Longa fit o super n. sed syndonis excipiatur
Sardinis atq dyaconus ⁊ turonis sociatur
Chalcedonis redonis ac vasconis assdciabis
Ligonis ac britonis atq obliquos proprionum
Que loca designant predictis addere debes
Cum proprium fit in on tamen excipies calidonis
Simonis hermonicus ⁊ mammona tu breuiabis
Canonis esto breuis cum deniene. sydonis vt vis
¶ O ante n pducit vt latrona. Excipe in textu posita. Tolle etiā greca
⁊ barbara in o vel on qz in quibusdā corripiunt vt britonis/diacon⁹/de
monis. canonis. macedonis. mamona. Quedā pducūt vt damonis/si
monis calidonis. Croton pleuron amidon caulon colophon edonis an
ton babilon sicion sason helicon citheron nasamon cydon peteon triton
chromion ladon orion egeon ⁊ alia priapluma. Itē Damon sinon cali
don pria viroz Vir. Nō ego te vidi damon pessime capz. Idem Et si
miscz fortuna sinonē finxit. Itē croton vrbs est italie Oui. Nec ihospi
ta tecta Crotonis. Item Pleuron onis vrbs est etholie Amydon vrbs
peonie seu macedonie. Iuue. Hic alta Sicyone ast hic amydone relicta
Itē Caulon mōs est calabrie Virg. Caulonscq arces ⁊ naufragium
Scylaceū Itē Colophon vrbs est in lydia vel insula in icario pelagovt
dicit Ptolomeus. Luca. Ephesumcq relinquēs. ⁊ placidi colophona
maris spumātia parue. Radit sara sami. Itē Edonus vel edon mōs
est Thracie Virg. Ac velut edoni bacce quom spūs alto insonat egeo
Edon sacrificula bacchi dicit Proprius Nec minus assiduis Edonis

Neu dr

prat
bolto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fessa choreis. At ꝟo Luca. do sillabā corripit li. ꝑmo Edonis ogygio de
currit plena lyco. q̄re edonis mag̃ corripit o teste donato. Syli⁹. Edo
nis vt pangea sup̄ trieteride motu. Itē Aucon vrbs est piceni Catull⁹
Que sanctū idaliū thuriosq̄ aptos. Queq̄ aucona cuidūq̄ arenosa co
lis. Itē Babilon vrbs est ꝑsidis Proptius. Persaꝝ statuit babylonia
Semiramis vrbē. Itē Sicyon vrbs achaie. Statius Oui. drepaui sco
pulos oliuifere Sycionis. etiā est insula in mari egeo Iuue. Hic alta si
cione ast hic amidone relicta. hinc sicioniū calciamēti gen⁹. Lucretius.
Unguēta ꝛ pulcra in pedib⁹ sycionia ridēt. Itē sason insula est in adria
tico mari siue in mari ionio int̄ epiꝝ ꝛ brundusiū. Silius. Adriaci fugi
te infausti sasonis arenas. Etiā mōs est germanie a q̄ sasones germaīe
ꝑpli. Luca. Et bituri longisq̄ leues sasones ī armis. Sūt etiā ꝑpli scy
thie vt ꝓbat Ptolo. Itē helicon ab helicone ꝓprio viri noīe q̄ ibi singlā
ri certamine pugnauit cū frib⁹. ꝛ est iugū ꝑnasi montis boetie alio noīe
cyrrha Virg̃. Pādite nūc helicona dee cātusq̄ mouete. Itez citheron
vnū est iugis ꝑnasi mōtis boetie Proptius Saxa cithecors Thebas
agitata ꝑ artē Itē Nasamon ꝑpl's lybie Sili⁹. Ex aīm nasamōa tirā
sup̄ ipe iacebat Luca. Naufragijs nasamones hn̄t. Itē cydon cydōes
ꝑpli sunt crete Luca. Illuc ꝛ lybie numidas ꝛ creta cydones. Itē Pete
on boetie cītas Stat̃. Et sulco peteona domāt refleūtq̄ meatu. Item
Triton fluui⁹ libye defluēs in paludē Tritonidis. Deinde in mare li
bycū. Etiā fuit marin⁹ deus neptuni filius. Hinc tritones Vir. Tri
tonesq̄ ciri phorciq̄ exercitus oīs. Itē chromion vrbs est in cypro Oui.
Qd̄q̄ suā secur⁹ arat chromiona colon⁹. Itē Ladon fluui⁹ est arcadie
Statius Añ diē gelidas ibat ladonis ad vndas Itē. Lecon lecones
ꝑpli sunt laconie Stati⁹ Tandē insꝑatus nuda de plebe laconū Item
Orion neptuni fili⁹ ex euriole teste hesiodo ꝛ hz o cōem in obliq̄s Lu.
Ensiferi nimiū fulget latus orionis Ouid̃. Aut helicē iubeo nitidūq̄
orionis ensem. Itē Egeon ꝓpriū nomen gigātis etiā o cōem hz q̄ a poe
tis centū d̄r habuisse brachia. Statius. Audierat duros laxantē Ae
gona nexus. Ouid̃. balenatūq̄ p̄mentem Aegeona suis īmania terga
lacert̃. Etiā ponit̄ ꝑ mari egeo. Stat̃. Dijs pelagi vētisq̄ ꝛ cyclades
aegeoni. Amplexo ꝯmēdo p̄rem. hoc est mari egeo qd̄ cycladas amplec
titur ¶ Itē excipiunt̄ etiā a regula text⁹ Apon⁹ myconos coctana gerio
nes ꝛ icon. Itē Aponus vicus est venetie vbi balnee sunt Luca. Colle
sedēs apon⁹ terris vbi fumiger exit. Itē myconos insula est vna cycla
dum Stati⁹ Cycladas huic sprete myconosq̄ humilisq̄ seriphos. Itē
Coctona pluralis nūeri ꝑue quedā ficus sunt. Mart̃. Paruaq̄ cū ca
nis venerūt coctona prunis Itē Gerioēs ꝓpriū hispani viri nomē penul
timam hz indifferentē. Virg̃. Gerione extincto Tirynthius attigit ar
ua Lucreti⁹. Quid ve tripectora tergeminis vis gerione vbi spondeus
quintū locū detinet. Itē Aedon triū syllabaꝝ auis lusciuia do syllabaz
corripit. Itē obsonor vel obsono so ꝓducit ꝯtra Sulpitij doctrinā scri
bitur em̄ ꝑ ω omega obsoniū hoc est quicquid cibo adijcit̄ ꝓreter panē
ꝛ vinum. dicitur obsonor vel obsono hoc est conuiuor

O ante P

P subeunte breuem facis o caropus dabo testem
Hysopum retrahas europam siue pyropum
Ut placet est canopus isopus quoqꝫ iungere debes

¶ O ante p corripit vt inopis. Excipe in tertu dicta Adde hysopū sino pe sinopis dolopes. Itē hysopus vel um herba scribit p ω omega apō grecos. Alanus se celum terre ꝓformat cedrus hysopo. Tñ macer ꝑter naturā corripuit. vt est hysopū siccū calidū quoqꝫ tertius isti. Est ī vtro qꝫ gradꝰ. Quo erroe etiā claudicat ꝓsus petri rigeīn li. regū. At hysopus signat huiles cedruscꝫ suphos. Itē. Sinope huiꝰ sinopes vrbs est appadocie mela a q̄ sinopis terra quedā rubea nomē assumpsit teste plinio. Priscianus. Alterius Sirie q̄ tendit aduscꝫ sinopem. Itē dolopes ꝑpli quidā aphrice sunt. cuius lo sillaba cōis Luca. Aut dolopes numi decꝫ vagi Silius. Telū ingens pcꝫ arma viri pcꝫ arma dolopes. Itē pducūt etiā penultimā Crotopus, ꝓriū nomē viri Conops conopis cu lex inde conopeū. Cylops opis. hydros ropis. inde hidropicus. Stati pquirens nostri tecta aut opulēta crotopi. Juue. Ut testudineo tibi lēti le conopeo Virgꝫ. At genus ex siluis Ciclopū ⁊ mōtib altis. Excitū ruit ad portus ⁊ littora complet. ⁊ fuit faber vulcani. Horatꝫ Si noles sanus cures hidropicus ⁊ ni. Quam tamen macer ꝑeter naturam cor ripuit hidropicis sic humores desiccat aquosos

O ante R

Bties ptis m ovn pdutfiny. Nota

O super r breuies sephoram testem tibi sumas
Deriuata palam produc. patet ecce sonorus
Nominis obliquos quod in or fit iunge. sed arbor
Et memor ⁊ castor rhetor seu marmor ⁊ equor
Corripuere suos. sed longis adde pilorum
Et quedam propria sunt obliquis breuianda
Has facit os oris. que dant vt ⁊ vs breuiabis

¶ O ante r corripit vt corpis deme deriuata vt sonorus decorꝰ qō a de cor est cuius gtm veteres corripiebāt teste Prisc. Itē excipit decorus ꝑ honesto ⁊ decoro verbū ꝑ orno. Ut hūc hoies decorāt quē vestimēta de corant. Indecor aūt corripit sicut decoro ꝑ honoro. Ut inijciāt decorātꝫ suis altaria donis. Excipiunt noia in or vt color coloris ꝑter arborꝫ memoris rhetoris castoris marmoris equoris bicorpis. sic em pelorus. ⁊ masculina in os vt lepos leporis. flos floris qui etiā pducūt o. Adde ꝑter textualia diores anthores helorus ⁊ citorus. Itē diores, ꝓrius fuit viri nomē. Virgꝫ. Regiꝰ egregia priami de stirpe diores Silr Antho res, ꝓriū nomen viri. Virgꝫ. Anthorē comitē q̄ missus ab agris. Item helorus fluuius est Sicilie. Virgꝫ. Exuppero ꝓpingue solū stagnantis helori. etiā est vrbs. Itē cytorꝰ mōs est minorꝫ asie in paphlagoia Vir. Et iuuat vndantē buxo spectare Citoꝫ, pb aūt ōt cē oppidū ponticum

O ante S T

O super s longa sic testificatur alosa
T subeunte dabis o longam. sicut azotum

Que componuntur discreta mente notentur
O super v raro. sed compositiua notato

¶ O añ s t v pducit vt medosus gulosus egrot⁹. Cōposita sequunt na turā simpliciū demit a regla ābrosia Uir. Spargitq salubris Ambro sie succos Oui. Nectar ⁊ ābrosiā latices epulasq deoꝝ. ⁊ est gen⁹ herbe

¶ De U

Ante b fit breuis v. sed demitur inde saluber
U c protrahimus quotiens a vel v subit aut c
Manduco iunges fiducia his sociato
Cetera corripies. pollucem non breuiabis
Ante d longa fit v pecudis tamen hinc retrahatur

¶ U ante b corripit vt coluber. Tolle saluber. Uirg. Spargitq salu bris. Et ꝯposita a lōgis vt obnubosus ꝯnubiū cōem hz mediā syllabā vt patuit. Tolle etiā anubis vocabulū egiptiū significās canē ⁊ hz anu bidis in gtō Uirg. Omnige nūq deū mōstra ⁊ latrator anubis Oui. Per tua sacra p̄cor ꝑ anubidis ora verendi. ⁊ fuit cognomē mercurij

¶ U ante c sequēte vs a um pducit. vt sambuca caducus eunuchus. p̄ter pānucius a um. Statius. Dū ne deterius sapiat pānucia baucis ⁊ est vilis pānosus in reliq̄s corripit. vt volucer p̄ter pollucis manduco fi ducia polluceo. Silr v añ d pducit vt testudo deme pecudis ⁊ tutidi cū ꝯpositis vt ꝯtudi. Uirg. nigrā hyemē pecudē zephiris felicib⁹ albam.

Ante g longa fit v. tamen hinc fit coniuge dempta
Sugo producis. sed sanguisugam breuiabis

¶ U ante g pducit vt ferrugo hirugo. Hora. Nō missura cutē nisi ple na cruoris hirugo. Sz sanguissuga idē est q̄ hirugo ⁊ nusq̄ metro lectū ⁊ qꝛ descēdit a sugo potius su syllabam pducit q̄ corripit iuxta regulā Hoc de ꝯpositꝭ teneas q̄ sit tibi tāta vocalis quantam seruauit dictio simplex. Excipit tamē a textu pupugi a pungo Nicola⁹ in homeri libro Iliodos q̄nto. Aurea molliculā pupugit mala fibula dextram

U super l breuia getulus adulor adempta
Que declinabit tibi terna longa notabis
Nomina. sed zabulon breuiabitur hercule iuncto
His sotular socia. specular breuiabit origo
Obliquos breuies vt presulis ⁊ nebulonis

¶ U ante l corripit vt exulis Excipe adulor ⁊ noīa tercie decl. vt tri bulis curulis torcular specular p̄ter obliq̄s vt p̄sulis nebuloīs. Excipi untur etiā peculiū getulus apulia cucul⁹. Itē Peculiū teste Festo pecu nia nobiliū dictū a pecore. Sed Serui⁹. peculiū inq̄t mr̄imoniū est Ho. Herugo ⁊ cura peculi ꝑ peculij Uirg. Nec spes libertatꝭ erat nec cura peculi. Sed ſm Nestorē dr̄ quicq̄d ꝓprie alicuius est. Itē Getulus a ge

tulia habet penultimā ꝯmunem Virg. Destruat aut captā ducat ge-
tulus hiarbas. Mart. Traducta est getulis nec cepit arena nocentes
Item Apulia ꝓuincia est italie a qua fit apulus a um qđ tñ penultimā
corripit. Apulia ꝟo ꝓducit. Juue. Vendit agros sz maiores apulia vē-
dit. Martialis. Velleribꝫ primis apulia parma secundis. Horatius.
Incipit ex illo montes apulia notos. ostētare mihi. Luca. De apulus
a um. Apulus adriacas exit garganus in vndas. Itē Cucull⁹ cū sim
plici vel duplo l scribi pōt sicut cybele ⁊ cybelle. Mart. Quāuis ꝑplu-
res cuculus cantauerat annos. Horat. Cui sepe viator cessissz magna
compellans voce cucullum. Et est auis nota vel genus vestis. Juuena
lis. Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos

Vante M ⁊ N

Vt dabimus super m longam tibi. sicut alumen
Incolumis contumax demis. ⁊ autumo iunges
Vt super n longa dabitur pro teste lacuna
Vt super p breuias. sed compositiua notabis

¶ Vante m ⁊ n ꝓducit vt alumen lacuna deme autumo ꝯtumas ꝛca-
lumis ⁊ ꝯposita a tumeo Excipe etiam irrumo as Mart. Que faciat
duo sunt. irrumat aut futuit. siue ꝯponat a rima vel ruma. Vt añ p cor-
ripitur vt q̄drupes volupis

Vante P
Vante R

Vt super r longa. sed purpura ponitur extra
Corripe verba quibus meditatio conuenit ⁊ que
Sunt forme similis ⁊ luxurio sociabis
Mercuriumq̄ notes. ⁊ centurio lemuresq̄
Obliquos breuies. tellurem demere debes

¶ Vante r ꝓducit vt silurus. Excipe in textu posita vt luxuria Mer
curius purpura lemures Horat. Nocturnos lemures portētaq̄ thessa
la rides. Sed lemuria ꝓ eodē hoc est ꝓ nocturnis visionibꝫ mu ꝓducit
q̄ aliter metro non ꝯuenit nisi ꝑ ꝓceleumaticū. Ouid. Ritus erat ve-
teris nocturna lemuria sacri ¶ Excipe etiā obliquos tercie decl. vt gut
turis ⁊ meditatīa vt lecturio Sz scaturio prurio ligurio. q̄ primitiua
st non corripiūt. Prudētius. Petra dei iussu potū largita scaturit. Ho
ratius Tractauit calicē manibꝫ dū furta ligurit ⁊ est ꝓprie teste donato
eleganter ⁊ more seuum multo fastidio suauiora degustare

Vante S
T

Vt super s longa. tibi fit pro teste cerusa
Pre t longa fit v. tamen arbutus est breuianda
Compositiua notes. sed computa disputo curtes
Vt super v breuies. sunt exuuie tibi testes

¶ Vañ s t ꝓducit vt cerusa cicuta deme arbutus. Cōposita sequunt
naturā simplicis. vt alteruter disputo ꝑcutio. Sed p̄pucium pu sillabaz
ꝯmunē hz. Petrus riga in exodo. Nato prepuciū mox aufert Sephora
dicens. Arator p̄putia ferro. circūcide libens. Juue. Impatiensq̄ more

panet z preputia dueit. Vl ante v corripitur. vt exuuie induuie. Et hec sufficiant de medijs syllabis. Et licet plura inuenias poetas legendo. que bis tibi addere licet

De vltima Syllaba

Vltima syllaba ea dr qua terminat dictio quotuis syllabaꝝ monasyllaba quoꝫ a se qm̃ incipiũt finiuntꝫ inter vltimas syllas reijciunt. Cognoscit aũt vltima syllaba triby modis. positõe diphthongo z regula. Positõe vt felix dicũt. Diphthongo vt muse pre. Regula varijs modis. vt pater in textu sequenti.

De terminatione A

Vocis fine dabis a longam: sed breuiabis
Rectum cum quarto casu quintum sociando
Hinc tamen excipias cum rectus in as tibi fiet
Inde vocatiuum: velut andrea dabo longum
In numeris ginta sint ad placitum tibi danda
Postea non breuia nisi fiat dictio bina
Vtputa corripies ita vel quia iungere debes
Productum greci rectum quandoꝫ notaui

¶ Item dcões in a pducunt vt vltra nega Juue. Vltra sauromatas fugere hinc libet z glacialẽ. Tolle ntm̃ accm̃ z vtm̃ ltm̃ cuiuscũꝫ declinationis vt musa tẽpla. Persi⁹. Nõ ita dardanio gauisus atrida triũpho. Horat⁹. Cur ego si nequeo ignorꝫ poeta saluator Virg⁹. Musa mihi cãs memora quo numine leso. Ablatiuus ꝯo prime declinatõis pducit. Virg⁹. Tu peul a patria nec sit mihi credere tantum. Tilr vtus in a a pryis in as a prime aut tercie declinatõis vt eneas enea Ouid⁹. Cert⁹ es enea cũ federe soluere manes. Virg⁹. Non hec a palla dederas promissa pareti. Tilr greca qnꝫ pducũt. ¶ Et trax noia indifferẽtia sunt Ouid⁹. Dittit hypmestra de tot modo fratriby vni. Idẽ. Sepe rhea questa est. Statius. Nõ tegea nõ ipsa deo vocat alite felix cillene. Idez Te plangeret argos. te nemea tibi lerna comas. ¶ Item noia in ginta sunt ad placitum locanda. Similiter in gẽta. Nacer de folijs emus triginta recentia tolles. licet sepius in ginta producantur. in genta sepius corripiantur Virg⁹. Triginta magnos voluendis mensiby orbes. Idẽ Triginta capitũ fetus enixa iacebit Juuenalis. Quadringenta dabit graecus sestertia dotem. Idem Quadringenta parant si cõfert purpura maius ¶ Itẽ aduerbia prepositiũs producunt. vt vltra preter postea quando sunt due dictiones Ouidius. Postea mirabar cum non sine ligitibus esset. Et ita quia z composita a puta. Ouidius. Seu quia tot digiti p quos numerare solemus Proprius. Non ita dardanie Persius. hoc puta non iustum est illud male rectius illud. Item frustra tra sylla bam communem habet Lucanus. Frustraꝫ rogatus. Juuenalis Et frustra rogantem.

à longa
vtus
ãtus in a bus
vtꝫ
ablatꝫ d a lõga
vtꝫ d a a pryis d as
alpha/beta/gamma
ginta
genta
Adiuia
Post ea
quia
ita
puta
frustra

De vltimis.

De E

Correpta datur. exceptio multa paratur
Grecum nomen in e produc testis tibi phebe/
Declines per ae dipthongon nomina prime/
Et casus sextos in quinta dicito longos/
Longum pone fame qm̄ famei dedit ante/
Et que cōponis de quinta longa notabis
Quare quotidie tibi sunt testes. hodieq;
Longam pone doce similis quoq; tpa forme.
Eq; vocatiuū dat nomen in es tibi longum.
Nomen longa dabit aduerbia si tn̄ apte
Compat. vt iuste. sed nec bene nec male crede.
Producenda fore. qz neutrū cōpat apte.
Sepe breuem ponis qz nō a noīe sumis.
Summi cūcta gradus aduerbia longa notamus.
Que nomen longumq; notans z erit breuiandum
Ne. te. se. longis simul e. de pre sociabis
Ne nisi cum dabit an produc. fermeq; fereq;
Aut ve facit curtam. dabit interiectio longam

¶ Dictōes pluriū sillabaꝝ in e corripiunt vt nomia latina tercie declꝰ vt mare Virgꝰ. In mare dū fluuij currēt dū mōtib̄ ymbre. Hz hec regula multas patit exceptōes. Quaꝝ pma est noia greca in e vt penelope pēlecoste. Ouidꝰ. Hāc tua penelope lento tibi mittit vlisse. Secūda gtūs z dtūs singulares z ntūs z vtūs plēs pme declꝰ. pducunt. qz serī buntur p dipthongon ae. Virgꝰ. A ioue principiū musę iouis oīa plena Tercia abltūs noīm ḋnte declꝰ. vt specie pgenie cū suis ꝓpositꝰ vt pdie hodie z fame abltīs qz olim quinte declꝰ. Et thabe apud lucretiū Virgi. Biscq; die numerāt ambo pecus alter z hedos. Iuue. Res hodie mt nor est heri q̄ fuit z cras. Virgꝰ. Obijcit ille fame rabida tria guttura pandēs. Quarta vtūs venēs a ntīs pducꝰ. vt lybie achate enide calliope. Silꝝ aliq; greci abltī vt eufrate Aristotile. Lucanꝰ. Signatq; ab euphrate cū crassis capta ferētes Virgꝰ. Scit satis enide telis impune numaꝝ. Idē. Vos o colliope pcor aspirate canēti. Quinta. scda psona impatiui modi ꝓbor scde ꝓiugatōis pducit vt doce. sed corripiunt seqnte vocali Virgꝰ. Et longū formose vale vale inq; iolla Caue quoq; frequenter corripit Ouidꝰ. Tu caue defendas Proptius Tu cane nostra tuo ꝓtēnas carmia fastu. Tercie ꝓ̄ corripit vt lege. Luca. Inueies aude supi tot vota catonū Vir. Insere nūc melibee piros pone ordie vites Alioq; tpm silꝝ corripit e vt legere amare Virgꝰ. Ludere q̄ vellem calamo pmisit agresti. Sexta aduerbia deriuata a dtis regulariter cōuerso o in e pducunt vt belle pulcre bn̄ aūt z male corripiunt fere ferme z q̄re pducunt. Persius. Euge tuū z belle. nā belle hoc excute totū. Ouidꝰ.

Specie

Nulla exceptōs

Prima

Secūda ae

Tercia

Quarta

Quinta doce

Sexta adi

Tu caue legit

Tu cane

Euge belle

Le 2e iuga

Le 3e iuga

Le alioq tpe

Nempe q alter agens rē
Si molle dentata est far qd ridat ipsa

Syllabis.

non bene conueniunt nec in vna sede morant. Idem. Quod male psuas des vtinā bene cogere posses. Virg. Iamq fere spacio extremo fossiq sub ipsam. Iuuen. Nobilis ⁊ varia est ferme natura maloꝝ. Sappho. Forsitan ⁊ quare mea sint alterna requires. Itē fere aduerbiū ꝓducit. sed fere verbū corripit. Itē Sepe corripit qr non est a noie. Virg. Sepe malū hoc nobis si mens nō leua fuisz Itē apprime mesyllabā cōem habet. Hacer. Apprime sumptis zodaim obstare venenis. Virgilius. Flos apprime tenax. Septima in e monosyllaba ꝓducunt. vt me te se pre. Sed cōposita cū tu corripiunt. Ennius O tite tute tate tibi tanta tyranne Lucret. Accipe ꝑterea q corpa tuta necesse est. Excipeq ꝓiūctionem cū ꝓpositis vt quisq. Itē ne ꝑ an qr cū affirmet vel ꝓhibet ꝓducitur. Et ve ꝑ qñ aut et corripiunt etiā in compositione te pte sce vt tute tuapte huiusce. Virg. Me duce dardanius spartā expugnauit alter Idē. Te duce si qua manēt sceleris vestigia nostri. Ouid. Qui se qd patitur cōmeruisse neget. Virg. Nisecq spiocq thaliacq cymodocecq. Ouidius. Quisq suam laudat studijs certamina crescunt. Virgilius Nonne fuit satius tristes amarillidis iras. Idem. Quid ue dolens regina deum tot voluere casus.

male
fere
ferme
quare
Sepe
me te se
pre e
te
pte
sce
me
te
se
q. quisq.
ne. nonne
ve

De I

Habitur longa quedam volo demere greca
Sed mihi siue tibi sibi vel nisi vel quasi semper
Ad placitum ponis. ⁊ vbi vel ibi sociabis
Et sua composita sunt illis associanda

Item in i finita ꝓducunt vt bibi. Ouid. Sepe bibi succos cū uis inuitus amaros Demunt vti greci a noib in is vt iri tybri. Virg. Iri decus celi. Idē. Mirabar quid mesta deos amarilli vocares. In dtis quoq a noib in as breuiat vt palladi. Stati. Palladi litorea celebrabat schyros honoꝝ. Itē mihi tibi sibi qui nisi vbi ibi cū cōpositis variari solet. Virg. Tu mihi qdcunq hoc regni tu sceptra iouēq Idē Musa mihi cās memora quo numine leso. de ibi. Ouid. Nil qd ibi nobis esuriatur erit. De vbi. Tibull. Laurus vbi bona signa dedit gaudete colon. Ouidius. Sic vbi fata vocāt vdis abiectus in herbis. Sappho. Si mihi q facie poteris te digna videri Ouid. Et quasi discedēs oscula summa dedi. Itē. Solet i natura longū breuiari sequēte vocali Virg. Credimus an q amant ipi sibi somnia fingūt In infinitiuis quoq corripitur addita hac syllaba er vt audirier pro audiri. Prudētius Ardētiq iubet vestirier ostro

De O finali

Ut tua metra petunt o ponis. dene datiuos
Ac ablatiuos. quoniam decet hos dare longos
Quemonosyllaba sunt semper producta manebunt
Deq gerundiuis tua consule metra locandis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quando : p qm. Ro. Agri. Te rogo quodo neqt.

ad placitu

De Ultimis.

Ol. b. ¶ Dictiones in o pluriũ syllabaꝝ ponunt ad placitũ vt ego amo. Persius. Nõ ego cũ scribo si forte quid aptius exit. Idẽ. Hoc iuuat hic innono deo Uir. Descẽdo ac ducẽre deo flãmã inf. z hostes. Sic femia in o terminata q̃ mittũt gtm̃ in us vt sappho manto alecto q̃ tam in accõ q̃ ntõ pducunt. Itẽ noia in os terminata q̃ tercia decl. greca in obliquis vltimã in o syllabã pducũt. vt athos atho androgeos geo appollos lo Sylius. Nõ ipa alecto nec feta furore megera Uir. Alecto torua faciez z furialia mẽbra exiuit Oui. Cliocꝝ z curue scita thalia lyre Uir. drymocꝝ xanthocꝝ ligeacꝝ phylodoceꝝ ybicꝝ post drymo pducit more grecorꝝ q̃ syllabã naturalr correptã seqnte x vim duplic. psonãtis hũte nõ nunꝝ pducũt. Itẽ Uirg. Nũc age q̃ reges erato q̃ tpa rexꝝ. Itẽ licz in hoc ꝓsu (Clotho colũ bajulat. lachesis net. z atropos occat) clotho corripiat finalẽ. tñ Silius pducit. At. nõ dabit vltra Clotho dura lacus. Itẽ licz Uirg. Apocopatũ accm̃ quite decl. atho tho correpta syllaba ptulit nõ arguit hãc regulã. Fecit em̃ hoc ꝓpter vocalẽ sequentẽ. vt aut atho aut rhodopem. Itẽ Excipit etiã a regula mõ qõ do tm̃ corripit teste Festo popeio lz mõ a mod pducat Oui. Vos mõ venãdo. Itẽ Gerundia ꝓba z aduerbia cõia sunt. vt lego legẽdo subito ergo Uir. Cantando tu illũ haud vnq̃ tibi fistula cera Iuue. Plurim hic eger moriꝝ vigilãdo sed ipm Tibullus. Heu sero reuocat amor seroꝝ iuuẽt? Statius. Hero memor thalami meste solatia mortꝝ. Itẽ monosylla in o pducunt. vt do stolo Martꝝ. Do tibi naumathinatu das epigrammata nobis. Uirg. O regina nouã cui ꝓdere iuppiter vrbẽ. Itẽ Notandũ vltimo q̃ lz fm aliq̃s Ego ponat ad placitũ Uirg. Illec q̃ondã gracili modulatus auena Ouid. Sed qd ego reuoco dictis his omne abesto. Statius. His ne etiã funestus ego videt ista deoꝝ. Tu more grecorꝝ apud quos scribit pcõ omega. vt pducitur. Sed modo aduerbium semp corripitur. Uirgilius. Tũ modo nascenti puero quo ferrea primum desinet. Ouidius. Vos mõ venando mõ rus gemale colendo

Deus z ablq do. lõ.

Clotho

Item Gerdia in do

monasillba d o lõ.

Notandũ Ego

ego

modo

De finali A

Producta datur exceptio nulla paratur

¶ Dcões finite in v sp omis pducunt vt genu cornu. Uir. Nuda genu mõcꝝ sinus collẽã fluẽtes Idẽ. Iã cornupetat z pedib q̃ spargat arenã

C In b d g m p t

Que dant b vel d t vel m debes breuiare
Excipe conscias diphthongos z posituras
Audit aut dicunt. ex hoc testes tibi fiunt

B D G M P T correp.

¶ Dcões in b d g m p t finalẽ corripiunt nisi diphthõgus. positio. vel syncopa incidat vt legũt aut fumat ꝓ fumauit. obit ꝓ obiuit. Lucanus. Solus ab hesperia non flexit lumina terra. Ouidius. Nec quod abest hic me tecum mirare relictam Iuuenalis. Sinciput eliri pharioꝝ mazdentis accto. Idem magnus ciuis obit z formidatus orbori.

Nyphly Caput
elpid caput acre septy.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

breuiis vt Ro. Agr. Nil est q mortem culpes vel fata nr omq

Syllabis.

¶ In L

L longam ponis nec lac donecq remotis
Hic poni poterit metri ceu regula poscit

¶ Item in c dictones pducunt. vt sic fac dic duc. Excipe lac nec donec
Hic pnomē ponit ad placitū/aduerbiuz ꝓ longū. Haec diphthongū hz/
hoc natura corripi debes ex prisciano cognoscit qui ait hocce vocali ab
lata p synolephā manētibꝫ duobꝫ cc solere pduci Virgi. Hocce erat al
ma parēs. Si em duobꝫ cc manētibꝫ pducit sequit remoto altero corri
piatur. Exēpla textus. Luca. Sic cato supi qm pietasq fidesq. Ouidi
Durius incedit fac ambulet. ome papille. Idē. Et dic ardoris sit rogꝰ
iste mei. Luca. Duc age p scythie ppl'os z inhospita syrtis. Sappho. O
nec adhuc iuuenis nec iā puer vtilis etas. Ouidi. Donec cras simplex
animum cum corpore amaui Ouidius. Phyllidis hic idem tenerecq a
maryllidis ignis Virgilius. Solus hic inflexit sensuscq animumq la
bentem. Idem. Hic vir hic est tibi quem promitti sepius audis

¶ De AL·EL·IL·OL·VL· Nil q mortem culpes vel fata Ro. Agr.

L breuiare dabo: sed nil producere quero
Ol vt sol iungis. z in l que barbara ponis
Istorum multa tamen inuenies breuiata

¶ Dcōes in l qlibet pcedente vocali corripiunt. vt hanibal semel vigil.
exul consul sol z nil producunt/ Barbara qz in l pducunt vt Michael.
Gabriel Iuue. Conducit comites lectum ceruical amicas. Hora. Et
semel emissum volat irreuocabile verbū Oui. Sol aditus quā qris ait
ne vana laborez. Horatz. Nil oritur alias nil ortum tale fatentes

¶ In·an·en·in·on· Virgilij Lar mihi nō estate nouū
N producta datur. sed forsitan excipiatur
Forsan z in. tamen atq dcin iungas an z exin Non tuba nō lituū nō
Rectus in a greci facit an quarto breuiare
Si breuis est crescens genitiuus in ante suprema
Ex hoc tu recto decet n poni breuiando
Quartus casus in on solet in greco variari

¶ Item dictiones in n quacūq vocali pueniente producunt vt pean/no
men/quin/delphin/pyrachmon. Lucanus. Vñ venit titan z nox vbi sy
dera cōdit Iuue. Parce pcor pean z tu depone sagittas Virgi. Quin
age si quid habes in me mora non erit vlla. Excipe pmo forsitan forsan
in dein an. Exemplū tñ attū. Et q p apostrophon proferunt vt vidin sa
tin Virgi. Ditte forsan z hec oli meminisse iuuabit. Iuue. Forsitan
fistum expectes vt Quintil. amet Idē. Accipitur madide facies dicet an vlc
tamen Ouidi. Nec tñ emēdo labor hic qz scribere maior. Idē. Nil mihi rescri
ptū hes attamē ipse veni. Idē. Sicq in hoc artē ppl'o nō nouit amādi Vir.
viden Elucet viden vt gemine stāt vertice criste. Sed excipiunt acci in an. en

Ro. Agr. Cur egorū subit mortali pl'ora ore

sic. fac. dic. duc nec. donec. hic.

Michael. Gabriel

semel Sol nil

pduc. An En In On

calpen.

An

Acūsī an·en·in·

De vltimis.

z in in que corripiunt vt eneā apin darin fm Alexandr tñ ancipites reperiunt Ouid. Respice laberren vt iā sua lumina cendas. Idē Eneanimo nocte diecz refert. Statius. Quippe ferūt raptā patris egimā ab vndis. Tercio excipiunt noia quoz gti crescētes penultia breuia st vt non omen. i. hñtia inis in gtō. sed enis producūt vt syren ren. Sappho. Iam canit toto nomē in orbe meū. Quarto Excipiunt greca neutri ge vt pelion ilion. Et accūs grecus in on a ntō in os noim masculini fei z cōis generz. vt menelaon. sed epodon eutrupelon variant Oui. Ilion et tenedos simoisz z xanthus z ida. Luca. Pelion oppoit radys nascētibus ymbras. Martz. Preter aquas helicon z serta lyraszq sororum

En inis
Er enis
Grecu n. gr. d on
Actus gr. d on. ab os

In Ar. Er. Ir. Or. Vr.

R breuiando locas. que sunt monosyllaba demas
Testes sunt ver par. z que ab hoc sumis vt impar
Que tamen in multis breuiata locis reperimus
Et breuis est per fer z cor vir tercz: sed ether
Et crather imber vsus producit z aer

Dictiones in r omni vocali etiā pcedente finalem corripiunt. vt cesar imber soror vultur martyr Luca. Cesar in arma furēs. nullas nisi sanguine fuso Lucretius. Quo de pcutit sequit grauis imber z vber Virgilius. Nā soror z vxor. Excipe monosyllaba vt vir. Pter cur fur cor lar far fer nar z par cū ppositis vt dispar impar ppar. Ouidz. Cur opus affectas ambitiose nouū. Persius. Fur es ait pedio pedius quid criminarasis Virgz. Sulphurea nar alby aqua fontescz velun. Ouid. Far erat z puri lucida mixta salis. Idem. Ver erat eternū placidicz tempestatibus auris Horatz. Ludere par impar eqtare in arūdine lōga. Excipiuntur quoqz greca in er vt ether aer crather. Ouid. Lucid aer z q duo corpa restant. Claudianus tñ vltimā nois aer corripit. vt ymbroso miscebit aer auerno. Ouidz Audit hoc ether. z si deus vllus in illo est. Idem. Summus in aurato crather erat asper achanto

R. cor.
monasilba lōga
cur fur nar far ver par lō.
Grecu d'er
Pter cur fur lar far fer nar par
Aer
ether crather

In As

Slego vocali diuisim cuilibet addi
Hinc leuius scitur que syllaba quanta locetur
As longam ponis: vt musas. sed breuiabis
Nomen in as grecum. quod ponit in os genitiuum
In greco variat pluralem tercia quartum

Dictiones in as finalem pducunt vt maiestas das amas Juuenalis Maiestas z si funesta pecunia templo. Martialis. Tu mihi das a me qualia mane soles. Excipe greca q genitiuū mutunt i dis vel dos

As lō.
As grecu adis l dos
As adis

Virgo Vidras z fenia sorra.

Syllabis.

vt pallas ilias/sic ⁊ accos grecorꝫ tercie declinationis. vt aonas cyclas das Ouidꝫ. vt vidit vultus pallas inane suos. Persius. Quā ñ intus hꝫ nō hic est ilias acci Virgꝫ. Aonas in montes vt duxerit vna sororꝫ Idem. Cycladas ⁊ crebris legimus freta concita ventis. Martialis. Ad matrem fugiet pentheus ad menadas orpheus.

¶ In Es

Es producta datur: tamen hinc penes excipiatur/
Es cum compositis vt ades potes abbreuiabis/
Obliquus crescens qui corripit ante supremam
In recto facit es curtam testis tibi miles
Sed res atꝫ ceres ⁊ spes sunt longa fidesꝫ
Rectus qui tenet i super es nescit breuiari
Cum tenet hic e breuem tamen ante tis in genitiuo
Vt paries abies. sic vsi ponere patres
Forte tamen ratio concederet in breuiando
Multi dant longam pes ⁊ sua compositiua
Pluralem greci variatum sepe notaui

¶ In es finita naturaliter pducuntur vt dies fides/pēthecostes/lybies/ Horatꝫ. Si melioza dies vt vina poemata reddit Virgꝫ. Heu pietas heu prisca fides inuictaꝫ bello. Silius. Fatali dido lybies appellitur ore. Excipe penes ppositōnem. es verbū cū ppositis. Corripiētia quoꝫ penultimam crescētis gti vt miles militis. Preter res ceres spes fides ⁊ pes cū ppositis/t in ies vt paries abies. Hora. Quē penes arbitrium ius est ⁊ norma loquēdi Virgꝫ. Quisquis es armatus qui nrā ad limina tendis. Idē. Huc ades o melibee caper tibi salu⁹ ⁊ edi. Ouidꝫ. Miles erat phebes nec menelaon attigit vlla. Virgꝫ. Flaua ceres altone. quicqꝫ spectat olympo. Tibullus. Spes alit agricolas spes cultis crescit aratris. Ouidius. Credula res amor est vtinam temeraria dicam Idē. Et puro pes illi longior alter erit. Virgꝫ. Stat sompes ac frena feroꝫ spumantia mandit. Idem. Quā fixā paries illos seruabit i vsus Lucanus. Extrudit qd nonaries impellere possit Itē greca in es corripiuntur vt pleiades/troiades/athlandides/saxones/britones/ligones/archades/cyclopes. Virgꝫ. At peul in sola secrete troiades acta Lucan⁹ Et bituri longisq leues saxones in armis. Iuue. Qua nec terribiles cibri nec britones vnqꝫ Lucanus. Pugnaces pictis cohibebant ligones armis. Virgilius. Archades inuidia rumpantur vt ilia codro

Argꝫ g. fre d ab

Es v
Es ities. ides
Abico i motib alteꝫ. Vergi.
es v 6
ades
miles
ceres
spes
res
pes
sompes
paries
nonaries
troiades
saxones
britones
ligones
Archades

¶ De Is

Is breuias. sertum casum trahes atꝫ datiuum
Cunqꝫ suis addes monosyllaba compositiuis
In rectis breuio quis ⁊ is bis cis sociando
Accentu longa verbi persona secunda

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nota
is correpta sibi sillaq faciet gtiu.

De vltimis.

Plurali numero. facit is longam precunte
Hinc tibi sint possis pro teste velisq vel audis
Protrahit is rectus si protrahit i genitiuus
Crescens vt sannis longamq dabit tibi quis
¶ Item dictiones in is corripiuntur tam in grecis q̃ latinis nominib; vt ignis cinis collis. Ouid;. Et venus in venis ignis in igne fuit. Excipe datiuos ⁊ ablatiuos ⁊ accusatiuos in bis. Horat;. Quilib; argilla quod vis imitaberis vda. Virg;. Omnis vt recũ meritis pro talib; annos. Similiter mis bis tis is ⁊ quis in rectis corripiunt. Ouidius. Hectora quisquis is est si sum tibi chara caueto Virg;. Quisquis es armatus qui nostra ad limina tendis. Secũdo excipiunt verba secũde psone singularis indicatiui modi quarte cõiugationis vt audis ⁊ vnus anomalũ velis cum compositis vt nolis mauis q̃uis. Propitius. Non audis ⁊ verba sinis mea ludere cum iam Ouidius. Tristis abis oculis abeunte pseq̃r vdis. Virg;. q̃uis elyseos miret grecia cãpos Tertio excipiunt in is habentia crescentiã in genitiuo vt sannis sannitis lis litis pter monosyllaba vt vis ⁊ sis cũ compositis vt absis. Ouidius. Lis est cum forma magna pudicicie Horatius. Quilibet argilla quod vis imitaberis vda. Sis argumentũ maius au auxilium Idem. Tu quoq fac prosis intra tua claustra iacenti. Excipiunt dictiones ille in is terminate que faciunt gtũm in entis que em apud grecos cum oi dipthongo in vltima recte syllaba annotant. vt pyrois sinnois opois. Ouidius. Interea volucres pyrois eous ⁊ aethon hesperus. et fuit vnus ex equis solis ⁊ habet in gtõ pyroentis Valerius flaccus. et formidantem patrios pyroenta dolozis. Virgilius de simoente fluuio phrygie. Alma venus genuit phrigũ simoentis ad vndam

Is cor.
mis bis tis is quis
audis velis abis
Omnis
Is ite
vis sis lis
prosis
Is ehip
1a pa. corr
2a corr
3a corr
gtu corr

In Os

Os longam ponis. tamen excipiatur os ossis
Cunq potis dabit os breuias vt compos ⁊ impos
Nomen in as grecum breuiabit in os genitiuum
Rectus in os greci ceu delos habet breuiari
¶ Dictiones in os pducunt vt melos honos os oris sed os ossis corripitur. Ouid;. Bos aret ignauũ sacrificare suem. Virgilius os humeroscq deo similis namq ipsa decozam. Excipe compos impos. ⁊ greca in os vt ilios lemnos chaos. Et genitiuos grecozum a nominib; in as. vt pallas pallados. lãpas lampados. Ouidius. Insequere ⁊ voti post modo compos eris. Horatius. Direxit arcu non semel ilios. Ouidius. Ne senis oete regia lẽnos erat. Ouidius. De chaos antiqui nã summ res prisca vocabat. Martialis. Pallados ⁊ templi lumina cosme noni Statius. Archados arcq alio cãpaneus horroze canendus. Sed producunt greca nomina in os que tercia declinatione greca emittũt genitiuum in o vt cos apollos athos androgeos. Eximunt item nomina in os terminata que apud grecos in ως faciunt genitiuũ apud nos vs

Os lon.
1. Os oris
2. Os ossis
bos os
Greca os
Os gti ab as
Os do gra
Os f

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Perpetue
Eterng a ꝯ
Jugiter

18 { Illepida depta. / Arida / Sicca / Seuera / Tetrica } carmina · que nō venustate ⁊ poetico mōe dcedunt (plumpe

18 { Lepida tinnula / Concinna / Sonora / Venusta / Decora · polita } carmina bona

Quarta pars Alexandri cū verissimis ⁊ accentuum ⁊ figurarū grāmaticaliū descriptionibus Colorꝝ rhetoricorꝝ annexibus,

Joanni Kruyshaer de Lippia.

Sancta maria · hiesus · Sancta Anna

(1501)

Sex sunt utilitates artis metrificatorie

Utilitas prima componit verba latina — Dictionum latinarum plurima ...
Utilitas alia versatur in orthographia — Orthographie quoniam ...
Tercius est fructus accentum noscere ductus — Accentus noticia. Noticia ...
Ast fructu quarto dabitur tibi vocis origo — Derivatio dictionum apta ...
Quintus dat verba mutare per altera sensa — Synonimorum promptitudo.
Sexto mille modis poteris retinere quod audis; — Memoratio cunctorum

Item Aliud

Metrum dulcorat: memorat: prolixa minorat

Horatius

describens mores et leges — fabulis et historiis et poematibus
Aut prodesse volunt: aut delectare poete
Aut iucunda simul et idonea dicere vite.

Idem

Sunt per poemata id est fortune hominum
bene et beate viuendo — Dicte per carmina sortes
Et vite monstrata via est: et gratia regum. — iusticia
Nil intentatum nostri liquere poete.

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DUSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Commendatio Prosodie.

